

Luna domi-
naio in ma-
rio.

rio. Luna quippe ea praedita est natura, & facultate, ut mirabilem habeat, & exerceat in ipsum mare dominationem, ut Aristot. 2. Meteor. & problemate 23. Ptolemæus lib. 2. quadrip. c. 12. & Plinius lib. 2. cap. 97. docent. Quid accommodatius ad Deiparae favorem designandum, quo erumpentes persecutionum immani impetu fluctus repressi sunt, ne Ecclesiam submergerent, & obruerent?

Habac. 3.
10.

1154 Mirè consonant Habacuc 3. 10. ubi Christum commendans, Christiana ejus mysteria tractat literaliter: *Viderunt te, & doluerunt montes: gurgis aquarum transit. Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas levavit.* Arridet summpere ingeniosa admōdum nostri Alcazaris elucidatio, exitimantis describi in his verbis insanam Romanorum Imperatorum temeritatem contra Ecclesiam, quod cernerent adungi ad vexilla Christi complures. Unde per mntes illos dolentes, montes accipit Romæ, & imperii illius principes frementes præ indignatione. Ea autem voce *altitudo*, quæ Hebraicè est *rom*, indicari à Propheeta Romam arbitratur: quæ potenti manu, & viribus immensis horrendam persecutionis procellam adversus Christianum nomen commovit. Quod verò gurgis aquarum transierit repressas iras esse putat, erumpentes tandem, quasi quis rumpat eos aquarum obices, quos appellat *diques*. In abyssu vocibus agnoscit Gentium fremitus adversum Evangelium. Ferè similiter explicat noster Sanctus, nisi quòd expositionem hanc allegoricam esse contendit, cum sit Alcazari litteraria. Illud hic unum certum debet esse, dicta hæc cum intuitu ad olim facta admirabilia maris rubri, & Jordanis fluminis, in transitu filiorum Israel. Sed potissimum prædici, & describi Reges & Tyrannos totis viribus Ecclesiam oppugnant; quorum ipsa machinas, & persecutionum vehementiam vicit & elulit, indubitatum mihi est. Sed unde, quæso, gloriosus hic reportatus ab Ecclesia triumphus? Habacuc exprimit subiectis immediatè verbis: *Sol, & luna steterunt in habitaculo suo.* Certè in Sole Christum, in Luna intelligendam ejus Matrem Deiparam, nonnulli existimant, in quibus noster Alcazar, cujus accipe verba, cedro dignissima. *Perceptio cogitatione, divinitatem aptè designari Sole; Luna verò & humanitatem Christi, & ejus quoque Virgini Matrem. Diei ergo luminaria isthæc divi na, ut faverent Christianis, constituisse, planè representant favorem, & auxilium manifestum, quo suppetiati sunt Ecclesiae; ad denique quòd absque tam eximia favoris celestis demonstratione omnino fuisset impossibile sumptam fuisse ab Ecclesia de suis hostibus gloriosam vindictam.* Ecce qua ratione Deipara coelesti benevolentia sua, & auxilii luce oppositas illas montium, atque aquarum moles, furentes, ac formidandos persecutionum fluctus vicerit, ut quæ in undas dominatum habeat instar lunæ. Eapropter S. Cyrillus Alexand. in Concil. Ephesi. tom. 6. cap. 6. aiebat, *per Virginiem toto terrarum orbe fundatas esse Ecclesias.*

Insana Ro-
manorum
temeritas
contra Ec-
clesiam.

On

Triumphus
renovatus,
favente sole,
& luna; Iesu
& Maria.

S. Cyrill.

SECTIONE LI.
Ex unica Matris Dei dignitate stabilitur unica ejus immunitas ab originario vitio, ad illa verba, Gyrum caeli circumvi sola.

1155 **V**ovis huic instituto concilietur splendor, præmittenda sunt S. Bernar-

nardini Senensis verba ex Ser. 1. de Mariae Nōmine a. 2. cap. 2. ubi cum statuisse (quod multi alii etiam sentiunt) *Mariae* appellatione S. Bernard. stellam maris significari, id est, *polarè astrum*, poli descriptivum, & brevissimi circuli circa polum; ut rem illustret in Virginis commendationem, sic longiusculè fatur: *Totus mundus describitur quoddam intelligibilem sphaeram, cujus centrum est Filius Dei Jesus Christus, quoniam ipse est veluti centrum in circulo, à quo exeunt omnes lineæ, id est, universæ creaturæ, sicut ostendit B. Dionysius de Divinis Nōmi. c. 4. Sed hæc sphaera millos circulos habet intra se invicem ordinatos. Unde tantò circulus est brevior quò centro vicinior. Maximi verò circuli circa hoc centrum intelligibile ipsa corporalia sunt, sive caelestia, sive terrestria sunt: & complent omnia circum suum secundum majorem vel minorem distantiam, & participationem primi. Consequenter alium circulum complent vitam habentia intellectiva. Et inter hæc omnia brevissimum facit circulum B. Virgo Maria; quæ per mentis devotionem arctius eum contraxit, & intra beata viscera clausit, & portavit, ut ipsa sit jam facta quasi orbis. Hoc quidem de ea Ecclesiasticus cap. 24. in persona illius ait: *Gyrum caeli circumvi sola.* Ut cernis, Christum Deum & hominem centro persimilem esse ait; creaturas verò lineis à centro deductis; tum etiam circulis brevioribus & brevioribus, juxta majorem & majorem divinæ bonitatis participationem, & Deo approximationem. Unde sapienter concludit, inter reliquas creaturas, etiam Angelicas, brevissimum esse circulum Deiparam Virginem, intimum sanè & maximè coherentem; utpote quæ sacris suis visceribus Deum conclusit, & per ambitum Filio proximiorē cōcircuerit. Quod solius Magnæ Matris proprium est, & nulli alteri concessum: ut ipsa inquit, juxta Bernardini interpretationem, *Gyrum caeli circumvi sola.* Quid argutius?*

Christus ve-
luti centrum
est, à quo
omnes crea-
turae, veluti
lineæ, &
circuli bre-
viores.

Deiparæ bre-
vissimum
facit circu-
lum, Chri-
stum con-
trahens, ei-
que proximi-
or per ma-
ternitatem.

Ex unica,
& sola
Matris Dei
dignitate &
arcta cōjunc-
tione exin-
citur Ma-
riana im-
munitas.
Ier. 31. 22.

ברא

ברר

Novæ crea-
tura Maria
munda, pu-
ra.

ככב

dando, quia *Eva* perdidit virum serpenti consentiendo. Novam foeminam novo modo conceptam opponit veteri *Eva*: hæc serpenti consentit, non verò illa: imò quia Christum conceptura erat Angelo consentiens, stygio Draconi minimè consentium præbuit. Sed preme adhuc illud, *circumdabit*, Hebraicè *Sabab*, id est, *circuire, circumducere, vallare, gyrare*, quod mirè consonat nostri Siracidis verbis: ostenditque singularè Mariæ immunitatem, quod ipsa sola Deum & hominem intra uteri sui angustias conceptura erat, quasi intimus & maximè centro cōhærens circulus. Bellissima sunt Amadei Laufaniensis verba Hom. 2. de Concept. Virginis. *Novum faciet Dominus super terram: foemina circumdabit virum.* Circumdans virum novum circumdata est à viro novo: circumdans & generans, circumdata & regenerata: generans in forma humanitatis, regenerata in forma novitatis. Quid pro re nostra luculentius?

Amadeus.

Servus ma-
ximus in
orbem ver-
tebatur.

Horatius.
Persius.

Seca. ne
Obloperus.
Appianus.
Arrianus.
Claudic.
Cujacius.
Brislonius.
Ravardus.
Cornutus.

Et alapa
percuteba-
tur.
P. Cerda.

Adamus, &
posteri ejus
in miseram
detrusi ser-
vilitatem per
peccatum.

Joan. 8. 34.

Servus sit
Christus, ut
nos à servi-
tute libera-
ret.
Bernar.

Maria im-
munitas à pec-
cati servitu-
te, quòd;
Christum
circumdat
sic in orbem
vertat na-
turam hu-
manam.

orbem vertat naturam humanam, & mortales omnes, atque ex mancipiis ingenuos reddat ac liberos, manumittatque. Propterea subtextit Vates: *Adhuc dicent verbum istud in terra Juda, & in urbibus ejus: cum convertero captivitatem eorum.* Ubi Lyra de servitute peccati ad gratia libertatem. Hinc Patrum locutiones pro Mariæ immunitate à culpa originaria. *Juvenca* appellatur à S. Epiphani. Orat. de Virgin. *nunquam jugum servitutis experta.* Et missis aliis, maximè ad institutum nostrum Albertus Magnus in Tract. de Laud. Virginis: *Liberrima fuit; ipsa enim est, per quam omnis creatura à servitute corruptionis libera est in libertatem filiorum Dei.* Nec solum ingenua fuit & libera ob hanc activam libertatem hominibus donata; sed ob illam præsertim, quæ à Christo Virgini donata est; ut ait idem Albertus: *Fuit etiam Virgo liberrima in efficientia passiva; servus enim dicitur: Si filius vos liberaverit, verè liberi eritis. Si ergo servus, qui est servus filii, liberatur, multo fortius mater, quia est mater filii, liberrima fuit.* Hinc illud Chrysologi pronuntiatum ea Angelicæ salutationis verba prementis Luc. 1. 31. *Ne timeas Maria, id est, Domina. Vocat (ait ille Ser. 142.) Angelus Dominam, ut dominatoris genitricem trepidatio deserat servitutis, quam nasci & vocari Dominam ipsa sui germinis fecit, & impetravit auctoritas.* Quia nimirum Deum hominem conceptura erat, ipsa concepta est libera omnino à peccati servitute, atque adeò Domina: quæ suâ hæc ingenuitate posset Christum circumdare, seu circumducere; & sic humanam naturam in orbem vertere, atque in libertatem filiorum Dei asserere.

S. Epiph.

Albert.
Mag.

Luc. 1. 31.

S. Chrysol.

Unica &
sola Deipara
immunitas.

Diony. A-
lexand.

Cretenf.

S. Maxim.

Theopha.

Orige.

Cant. 6. 7.

Pfelli

Moralis

1159 Quia verò solius Deiparæ fuit, Christum sic circumdare: *gyrum caeli circumvi sola*; sola subinde ipsa, inter reliquos Adæ filios, immunitas extitit à communi peccati servitute. Accipe, & expende Patrum testimonia. Dionysius Alexand. in Epist. ad versus Paulum Samosatenum. *Una autem & sola Virgo filia vitæ genuit Verbum vivens, increatum, & creatorem.* Quasi dicat: Cæteri omnes naturæ ipsa sumus filii iræ, & mortis; sola Virgo, quia Dei genitrix futura, filia vitæ est, quia in gratiâ condita. Andreas Cretenfis in Orat. 2. de Virginis dormitione: *Sola præter naturam (id est, præter omnes ipsius naturæ leges) fuit electa ad naturam renovandam; sola servit opifici universæ naturæ.* S. Maximus in Hom. de Dominica in Ramis: *Ipsè Salvator de sola, & pura Maria procreatur.* Et Theophanes Græcus in Hymno de Annuntiat. S. Deiparæ. *Tibi gratia est data, & Dei genitrix divina: tu enim sola Mater Filii præelecta es immaculata.* Et Origenes Hom. 1. in Matthæi c. 1. *Hujus itaque unigeniti Dei dicitur hæc mater Virgo Maria, digna digni, immaculata sancti & immaculati, una unius, unica unici.* Huc spectant illa Canticorum verba cap. 6. 7. *Sexaginta sumi Regina, &c. Una est columba mea, perfecta mea; una est matris suæ, electa genitrici suæ.* Suprà expendi, & noviter illustravi n. 625. Hic addiderim Pfelli interpretationem. *Iner tot animas (ait ille) omnium hominum, qui salvantur, ut electa columba est una illa sola, quæ Christum genuit, Virgo Mater, puella, Maria, quæ puritate perfecta Cherubim, & Seraphim antecellit.* Omnes, ut vides, ex unica Matris Dei dignitate probant unicam Deiparæ immunitatem ab originali delicto.

SECTIO LII.

Qui caelestis sapientia pollent, gyrum rerum caelestium ambiunt; dum impii per stultitiam in terrenarum rerum puncto perpetua vertigine agitantur.

1160 Gyrum caeli circui sola, ait Incarnata Sapientia, quasi ipsa dumtaxat caelum caelestiaque ambiat. Sed Sola dicitur caeli perisphaeriam circumdare, non quod alii res caeli infatigabili ambitu minime quaerant caelesti ejusdem sapientiae jubare illustrati, sed quia numerus caelestia inquiringentium exiguus extet praecipuum multitudinem terrenis inhaerentium perpetua capitis vertigine, & instabilitate. Etenim mundalia omnia instar puncti centrici esse, cum ferè nihil sint, caelestia autem bona circulo, sive circuli perisphaeriae (qui quatenus caret initio & fine, infinitam quamdam perfectionem praese fert) simillima esse, vulgare est veterum Philosophorum & Sanctorum pronuntiatum. Seneca in Praefatione ad lib. 1. Natural. Quaestionum: Punctum est, in quo navigatis, in quo belatis, in quo regna deponitis. Hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro, & igni dividitur. O quam ridiculi sunt mortaliū termini! Similiter Plinius lib. 2. cap. 68. & multi alii, quorum tacito nomine meminit S. Anastas. Sinaita lib. 1. Hexam. prementis illud Genes. 1. 1. In principio creavit Deus caelum, & terram, autumantes, caelum instar sphaerae conditum, terram verò instar centri. Unde Sinaita legit: Fecit Deus sphaeram, deinde centrum. Corporata igitur Dei Sapientia circuire dicitur gyrum caeli, quia id in justorum cordibus agit, ut non nisi caelestia & aeterna infatigabili ambitu inquirant. Volvuntur interim in terrae puncto impii omnes perpetua quadam vertigine, quia pro sua insipientia, & stultitia non nisi terrena quaerunt, futilia, inania. Est enim illorum gaudium adinstar puncti, Job 20. 5. Cumque stultorum infinitus sit numerus, Eccles. 1. 15. praecipuum multitudinem ipsorum aliqua unitate continentur iusti propter paucitatem, quā unā Dei sapientia gyrate dicitur caelum, resque caeli. Singula illustremus, servata perisphaeriae pro iustis, & vertiginis in centro pro impiis, metaphorā.

1161 De mundi lätitia, & humanis voluptatibus nimis lenocinantibus aiebat consultiſſimè Ecclesiastes cap. 2. 2. Risum reputavi errorem. Ex Hebræo Cajetanus legit, Risui dixi, stultitia. Pagninus, insanire facis. Græcè est νεφελος, ut LXX. Risui dixi circulationem, seu revolutionem. Olympiodorus, circuitum. Complutensis, circulationem. Activè accipienda hæc sunt, quibus significetur, quòd mundana lätitia, & voluptas, prophanæque deliciae errare, & insanire homines faciant, & mille modis circumvertant, atque in gyros vertant intra mundiale gaudium, quod instar puncti est. Et quidem circumlatio, seu vertigo hæc, opportunè dicitur error, insaniam, sive stultitia; errantium enim, & insanientium proprium est, capu: circumferre, ac sese in gyros vertere; & impiorum, mundialibus gaudiis raptari, & circummagitari, fors erit.

1162 Idem pacificus Rex Sap. 4. 11. ju-

Mundalia omnia instar puncti, caelestia instar circuli seu sphaerae.

Senec.

Genes. 1. 1.

Volvuntur in terra puncto impii. Job. 20. 5. Eccles. 1. 15.

Mundi delicia errare, insanire, & circummagitari factum hominibus.

stum commendans citius ex hac vita abduſtum aiebat: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, &c. fascino enim nugacitatis Sapi. 4. 11. obscurat bona, & inconstantia concupiscentiae transvertit sensum. Ubi pro inconstantia Græcè est περισσους, circumrotatio: quæ per se dicitur, id est, perpetua quædam, atque in gyrum mutatio, evagatio, erratio, vertigo, circuitio, seu turbo concupiscentiae, dum una alteri succedit, nec satiatur quis unquam, sed ambulat in circuitu; & impios agit perpetua capitis vertigine, quasi multorum ventorum concursantium impetus: es un torvelino, in Guracan desecho, que trae al reortero, y traforma el juicio. Putat rectè noster Lorinus ibi, non ablutere à vero qui diceret alludi ad rhombum proprium veneficorum instrumentum, quod filis impletum in orbem agebant, de quo Propertius lib. 3. Elegia 6. Staminea rhombi ducitur ille rota.

Et Martialis lib. 9. Epigra. 22. & noster Raderus ibi. Ut significetur, concupiscentiam esse veluti amasiam quamdam incantatricem, & veneficam, quæ homines circumvertit veneficio: invertit sensum; impuris enim voluptatibus eos perpetua gyratione agit, & agitat dira quidem hostilitate. Unde sapienter Richardus Tract. 1. de Statu interioris hominis c. 34. Nusquam modus, nusquam certa mensura servatur, dum animus semper ex carnis impetu, turbis more, impellitur. Hoc concupiscentiae turbine agitari eos putaverim, de quibus Prover. 26. 13. idem Salomon: Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo: id est, voluptatibus ac deliciis suis vertuntur, versanturque, quin locum mutant, sed in eodem continuè afficiantur vertigine. O quam scite Seneca de Tranquill. animi cap. 2. rabidarum deliciarum hæc vox est: quousque eadem? Ubi Lipsius numer. 101. quousque eadem? dormire, surgere, egerere, libidinari, fatiscere, & omnia in orbem. Adducitque illud Lucretii in Contemptu vitae.

Præterea versamur ibidem, atque in sumis usque, Nec nova vivendo proceditur ulla voluptas. 1163 Consonat Regius Plates Pf. 37. 11. turpis voluptatis vim expendens. Cor meum conturbatum est: dereliquit me virtus mea; & lumen oculorum, & ipsum non est mecum. Priora verba sic ex Hebræo vertas cum nostro Lorino, & multis aliis: Cor meum circuit, circumfertur, rotatur, vertitur in gyrum, circumagitur. Ex hac verò circumagitatione (ut heri solet in iis, qui circumendo rotant se) virtus deficit, & lumen oculorum, & frequens sequitur casus. Similiter Pf. 142. 4. Anxiatus est super me spiritus meus. Græca translatio offert: Circumvolvitur se super me anima mea. Certè, qui fordidis hujus mundi bonis intenti sunt, deditique, cor habent & animam habent se, eosque circumgyrantem perpetua, diraque volubilitate. Hinc illa vulgarissima ejusdem Vatis verba Pf. 11. 9. In circuitu impii ambulat. Quæ sic moralissimè Hugo Carenſis illustrat: Iſti volvuntur ad modum puerorum, qui rotant se, & circumendo turbant se, & cadunt subito.

1164 Hic jam Jeremias 31. 11. vagantem per creaturas animam, ac secularibus deliciis deditam sic alloquitur: Usque quò delicis dissolveris filia vaga quia creavit Dominus novum super terram: fœmina circumdabit virum. Ex

Concupiscentia erratio, vertigo, circuitio, incantatio homines circumvertens.

Lorin.

Properti.

Richard.

Prover. 26. 13.

Senec.

Lucretii.

Pf. 37. 11.

Voluptatis vis rotantis, circumagitationis.

Pf. 142. 4.

Pf. 11. 9.

Iere. 31. 11.

He-

Hebræo transferas: Usque quò verteris, seu verteris te, filia aversatrix? LXX. Usquequò converteris filia despecta? Alii legunt: usquequò circuibis? cum respectu hæc quidem ad metrices, quæ sese in gyrum vertebant, & amasios circuibant, illos depereuntes. Proverb. 7. 12. de scortante muliere; nunc foris, nunc in plateis. LXX. interdum foras circumvertitur. Et Ecclesiastici 42. 11. Super filiam luxuriosam confirma custodiam. LXX. apud Regiam: super mulierem vertibulam, aut vertentem se: id est, quæ sese in gyrum vertit, amasia, & amasios sollicitans. Igitur homines impuris delectos voluptatibus Jeremias monet, ne in varias affectionum partes discendantur, distrahantur, ac dilacerentur: quod nihil aliud esse ait, quàm perpetua se gyratione agitare, molestia ac labore incredibili, quoniam nunquam semel inventum quod quaerunt, sed semper vertigine laborant inquisitionis, concupiscentiae turbine raptati usque ad amentiam. Ut verò homines mundanas has delicias contemnant, & caelestia ambiant & depereant, expendi quid subtextat Jeremias. Quia creavit Dominus novum super terram: fœmina circumdabit virum. LXX. sic vertunt posteriora verba: in salute tua circuibunt homines. Theodotio, ut tradit Hieronymus, legit: in salute circuibit homo: singulari ponens pro plurali. Ecclesia porrò Catholica est Christum sponsum circumdans, sponsa sæpè vocata: sponsum, inquam, novum hominem de caelo caelestem, caelestia omnia in se continentem. Hunc iustorum Ecclesia ambire, circuire, circumdare, ac depereire dicitur, quasi caelestium rerum perisphaeriam. Ut enim Hugo Carenſis ad ea Ecclesiastici verba: Christus gyros est mirabilis, continens omnia. Qui sic circuit, rectè circuit: ex hoc circuitu nulla insipientia, sed sapientia multa; nulla capitis vertigo, nulla cæcitas, nullusque casus, sed emolumentum multiplex. Hic divina sapientiae, hic iustorum circuitus.

Prov. 2. 9. Iusti circuitu motu gyrum caeli.

1165 De iustis sapientia Dei & prudentia imbutis aiebat Salomon Prov. 2. 9. Si sapientiam invocaveris, & inclinaveris cor tuum prudentiae &c. tunc intelliges justitiam, & iudicium, & aequitatem, & omnem semitam bonam.

Verf. IX. Et in omni populo, & in omni gente primum habui.

V. X. Et omnium excellentium, & humilium corda virtute calcavi.

ARGUMENTUM.

Dominatus in omnes.

1167 Regia majestas ex ortu præclarissimo, ac rerum omnium molitione; immensitasque infinita, quam non, jure quidem suo, dominationem exigant? Suum igitur in omnem populum, & gentem dominatum celebrant JESUS & MARIA, utpote Rex ille, hæc Regina à Deo Patre constituti. Et quia dominatio hæc omnino est suprema, suâ innata virtute conculcasse aiunt, suæque ditioni subjecisse universas tum infimæ, tum supremæ conditionis rationales creaturas. Quod in Ecclesiæ Christianæ gubernatione maximè elucet.

TEXTUS ENODATIO.

Tigurina sic præjacta Ecclesiastici verba transfert: Omnes populos, gentesque possedi, Translato: & tam excellentium, quàm humilium corda calcavi omnium. Syrus ita: In omnibus gentibus, & populis dominata sum. Drusus verò: In omni populo, ac gente possessionem acquisivi.

1168 Rursus, in nostri argumenti probationem omnes ferè interpretes conspirant. Carthusianus, Hugo Carenſis, Janſenius, Lyranus, Paulus de Palacio, Cornelius, & Oliverius, Tametsi Hugo aliquantum sit diversus; ait enim, in omni populo & in omni gente incarnatam Dei Sapientiam primatum habuisse, per Rhetoricam, & moralem scientiam: & omnium excellentium & humilium corda virtute cal-

Pro his ultimis verbis Symmachus habet erro- resque cali-ambiant. De gyrationibus ad virtutem perinentibus sermo est, eapropter boni gyri appellantur, quia iusti circulari motu gyrum caeli, resque caeli ambiunt, contemptis mundialibus bonis. Quòd referas S. Dionys. Areop. doctrinam in lib. de divin. Nom. c. 4. ubi post expensum circula-rem Angelorum motum conjungentium se æternis illis principio, & sine carentibus fulgoribus, subtextit: Porrò animæ quidem motus circularis, ingressus est ad seipsam, & ab exterioribus omnibus, spiritualium sui virium uniformis glomeratio, veluti in orbe quodam ei, ut nusquam aberret, eamque ab extremis erroribus convertens in seipsam. Circularem animæ motum appellat, per quem in seipsam redit, ac sibi vacat, intersvit, prospicitque: quod non aliter fit, nisi per separationem ab his mundi bonis externis, & perpetuam caelestium gyrationem, & ambitionem.

1166 Huc spectasse reor Zachariam cap. 9. 16. ubi de Ecclesia iustorum: Salvabit eos Dominus Deus eorum in die illa, ut gregem populi sui: quia lapides sancti elevabuntur super terram. LXX. pro elevabuntur legitur volventur. Et pro lapides sancti Hebraicè est lapides separationis, seu coronæ: ubi Hebræorum more (id observante nostro Sanctio) nota similitudinis desideratur; id est, elevabuntur, ut lapides coronæ. Ad mitram Aaronis Pontificiam, seu coronam fit allusio, quam pretiosis undique lapillis ornatam, canit Ecclesiæ, hebdomada 3. post Pascha feria 2. in secundæ lectionis responſorio: In diademate capitis Aaron lapides pretiosi fulgebant. Et quidem in sacrailla Pontificis mitra, cidari, seu tiara cælum, resque cæli significari, Hieronymi, Josephi, Philonis, & aliorum commune est placitum. Ut igitur Zacharias ostendat, qua ratione Deus electorum populum salvaturus sit, ait arcanissimè: Lapidés sancti, seu corona elevabuntur, aut volventur super terram; ad instar gemmarum mitram Aaronis Pontificiam, (pulchrum cæli, rerumque caelestium symbolum) exornantium, & ambientium: quia certè, mundialibus bonis contemptis, non nisi caelestia quaerent perpetuo ambitu.

Zacha. 9. 16. Iusti mundialis contemptis, caelestia quaerunt perpetuo ambitu.

Hugonis mens.